



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

LXXXVIII. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Spandow die Bede des Dorfes Langwitz und setzt zweien Jungfrauen, der Dorothea von Prag und der Margaretha von Burg, eine Leibrente darin aus, am 31. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

LXXXVIII. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Spandow die Bede des Dorfes Langwitz und setzt zweien Jungfrauen, der Dorothea von Prag und der Margaretha von Burg, eine Leibrente darin aus, am 31. Oktober 1371.

Nos otto, dei gracia marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamerarius, comes palatinus Rheni et Bavarie dux, Notum facimus tenore presentium, vniuersis, Quod ob laudem et honorem omnipotentis dei, Gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum, nec non ob diuini cultus augmentum, quem nostris temporibus desideranter augeri affectamus, nostre quoque, progenitorum et successorum nostrorum animarum remedium salutare, appropriauimus et donauimus, appropriamus et donamus solempniter per presentes dilectis in cristo sororibus priorisse et toti Conuentui sanctimonialium de ordine sancti Benedicti extra Ciuitatem nostram Spandowe degencium precariam tocius ville Langkewitz cum omnibus fructibus, vtilitatibus, iuribus, commodis, honoribus, prouentibus et pertinentiis vniuersis ad ipsam de iure uel Consuetudine spectantibus, ad vsum et vtilitatem sanctimonialium et Monasterii predictorum iusto proprietatis tytulo ad habendum, tenendum, vifruendum quiete et sine quolibet impedimento perpetuis temporibus possidendum, Volentes ut nulla secularis poteestas se de huiusmodi bonis et redditibus aliquo modo intromittat. Et licet eadem bona sanctimonialibus et monasterio predictis sufficienti solempnia, vt premissum est, appropriauerimus, exilia siquidem, quibus filie nostre in cristo dilecte dorothea de praga et Margareta de castro dicte sanctimoniales monasterii predicti pre ceteris suis communalibus sunt relicte, graciosius duximus aduertendum, eisdem in supradictis redditibus, quinque talenta Brand. denariorum dorothee videlicet, et unum talentum Margarete virginibus predictis ad vite sue tempora presentibus assignantes, ita ut prefatos redditus singulis annis, quibus vixerint, ad vsum suos personales percipiant atque tollant, Quibus sublati supradicta bona apud sanctimoniales et monasterium predictos, ut premititur, perpetuo permanebunt, Renunciantes pro nobis hereditibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et inpeticioni, quod uel que nobis in predictis bonis hactenus competebat, competit uel competere poterit quomodolibet in futurum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum presentibus strenuis viris Hassone de falkenburg, milite, hinrico de schulenburg, Ottone Morner, Johanne de schepeliez, nostro prothonotario, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini Millefimo Tricentesimo septuagesimo primo, vigilia omnium sanctorum.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

LXXXIX. Der Rath der Stadt Spandow leistet dem Könige Wenzel von Böhmen und event. dem Markgrafen Johann von Mähren die Hulbigung, am 1. September 1373.

Wir der Burgermeister, Ratmanne, die Gefworen vnd die Burger gemeinlich der Stat zu Spandow, sur vns, alle vnser erben vnd Nachkomen Burger zu Spandow ewiclichen, Bekennen offenlich mit disem brieue. Wann die hochgeboren fursten vnd herren er Otte, Pfalzgraue bey Reyn, herczog in Peyern, zu den zeiten vnser herre vnd Markgraue zu Brandenburg, vnd er fri-